



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 24. Synodi Patrum responsio ad Papæ Legatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

## §. XXIV.

Sæcul. XV.  
A.C. 1432.*Synodi Patrum responsio ad Papæ  
Legatos.*

Hæc Papæ Legati Oratio minus accepta erat Synodi Patribus; cum enim illi non minori studio Basileense Concilium prosequi percuperent, quam Eugenius illius dissolutionem aut translationem identidem urgeret, Legatis responderunt, eos, qui Synodum rite ac legitime congregatam evertere, ac dissolvere conarentur, Ecclesiam scindere, illam in certam ruinam conjicere, simulque, cum talia auderent, Spiritum Sanctum contristari, eumque e cordibus suis expellere, eo quod præcipuum rumperent vinculum, nimirum charitatem, quæ sola Spiritum Sanctum conservare posset; Conciliorum generalium, cum universam repræsentent Ecclesiam, supremam esse in cuncta ejus membra auctoritatem, utpote ab ipso Christo Domino, nullo mediante, constitutam, cui & ipsi Pontifices obedire tenerentur in his, quæ ad fidem, schismatis everisionem, morumque correctionem spectarent, ac propterea Basileensem Synodum nil in Eugenium Papam peccasse, eundem in jus vocando; Causas vero, ac prætextus dissolutionis ab eo allatos ex compluribus titulis nullos esse, quini-

Lab. Conc.  
to. 12. p. 673.



Sæcul XV. mo prorsus contrarios fini, ob quem Syn-  
 A.C. 1432. nodus convocata, atque congregata fuis-  
 set, ideoque Synodi Patres sine noxa pos-  
 tulatis Papæ cedere, aut dissolutioni Con-  
 cilio acquiescere haud valuisse. Hæc e-  
 pistola data est tertia die Septembris.

## §. XXV.

*Sessio sexta Basileensis Concilii.*

Id. p. 493. Sequenti die Sabbati, sexta Septembris,  
 habita est Sessio sexta. Missam de  
 B. Virgine Philibertus Constantiæ in Nor-  
 mannia Episcopus solemniter decanta-  
 vit, assistentibus Cardinale Juliano Præ-  
 fide, aliisque duobus Cardinalibus, scilicet  
 Firmano, & Placentino; Aderant  
 quoque Guilielmus Bavaricæ Dux Con-  
 cillii Protector, & triginta duo alii Prælati  
 habitu Pontificio induti. Cum igitur  
 Eugenius Papa nec Bullam de Synodi  
 dissolutione revocasset, nec per se, nec per  
 procuratorem intra terminum sibi in ter-  
 tia Sessione præstitutum comparuisset,  
 Promotores Concilii eundem velut con-  
 tumacem declarari postularunt, quod i-  
 psis quoque concessum est, ea tamen le-  
 ge, ut adhucdum trina vice ad valvas  
 Ecclesiæ vocaretur. Comparent ergo  
 Oratores Eugenii, Colossensis, & Taren-  
 tinus, Archiepiscopi, Magalonensis Epis-  
 copus, & Auditor, petentes, ut ad evi-  
 tanda